



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

1. Ingressus ad sermonem, & an morbus malum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

CAPVT SECVNDVM.

Mortis memoria commendatur
Ægrotis.

§. 1. Ingressus ad sermonem; & an Morbus malum?

CAVVS, Caræ oppidum est, pestilente cæbo, & iniquo incolis. Hos Stratonius citharædus, homo factus, cum esset inuitus, Homeri versiculum in eos recitavit:

Tale quidem genus est hominum, quale est foliorum. Nimirum lutosos omnium vultus, pallidosque fugillabatur. Caunii verò cum hominē inhumanis saluassent, quod eorum urbem ut morbidam infamaret. Stratonius eis iterum: Ego, inquit, morbidam dicere non ausim, ubi & mortui ambulat. Urbanus multo saluissus illos notavit quam ante.

Sed quid negamus, aut quid supercilium agnoscimus? foliis simillimi sumus. Dilucidè Iobus: Contra folium, inquit, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam. Ac si dixisset: Cum folium sim, quod vitæ incommotis obnoxium est, quod ventos omnes timeret, & vel ad levissimam æris commotionem tremat ac dissipatur, ne tu, ô Deus, indignationis tuæ vento me præcipites; cadam ultro, te etiam non impellente. An non folia sunt holmines, quos morbi tanquam exsuctos flores aridæque folia huc illic vario ludibrio impellunt? Nec aliter Clemens Alexandrinus hæc de re sentiens: Agite, inquit, obsecra vite homines, generationi foliorum similes, imbecilles, cere fragmenta, gens instar umbræ, evanida, involucres, unius tantum diei vitam habentes. Certe folia sumus, ad omnem auræ motum decurimur. Unica quandoque febricula; Quid dico? tussicula, inò guttula unica ostipulo suo non illapsa, hoc tale folium perfundat, & in tumultum abijcit.

Lib. 3. differt. c. 40. Sauras quando bonum, quādo malum est.

Sed nunquid sanitas bonum est, morbus malum? Non, mi homo, non est, inquit Epictetus. Quid ergo? Rectè sanitas uti, bonum est; malè malum. Licet ergo vel è morbo capere fructum Deo tuo. An non è è morte? De morbo quid capere fructum? Ostendam ejus naturam, excellam in eo, tranquillus ero, bene mecum agi putabo, medico non adlabor, mortem non optabo. Quid requiris amplius? Quidquid mihi dederis, id ego efficiam beatum, prosperum, honorabile, expetendum. Sed est qui abnuat, dicatque: Cave ne ægrotes, mala res est. Cui denuò Epictetus: Perinde, ait, istud est, ac si quis diceret: Cavene quando tibi singas tria esse quatuor; malum est. Quomodo malum? Si de eo sic existimaro, sit decet, quid porro mihi nocebit, ac non potius proderit? Si ergo de paupertate, de morbo, de perturbatione status publici, ita senseris, ut decet, nonne id mihi satis est, nonne profuturum?

Veritas te amet, Epictete, quam hæc omnia verè, & ad amissum Christianæ legis! Hoc fundamento posito, nos hic docebimus, in morbo mortis meminisse, & adventum ejus non expavescere.

Sed queso, te Lector, ne hæc ed scripta putes, ut solum ea legas ægrotus: tu sanus lege, ut tibi prolint ægroto.

§. 2. Ægrotus ad Amicos, ad Morbum, ad Morbi lethalem initium, ad Mortem, ad Christum Dominum.

Ad Amicos.

ABite cum vano luctu intempestivi. Non hic querelis locus aut precibus. At immaturus à vobis abeo. Immaturus? videre ne erretis. Maturus ad mortem fui, quā primū natus, inò antequam natus. Quid enim querar? Quid natus sim, scio: imbecillum corpus, fragile, ad omnem contumeliam projectum,

A morbi pabulum, mortis victima. En quisquis es, sume spes, aut res, animo cras non future, aut alibi future.

Ad Morbum.

ERgone jam ægrotandum? Venit tempus quo experimentum mei caperem. Non in mari tantum, aut in prælio vir fortis apparet. Exhibetur etiam in lectulo virtus. Ægrotandum itaque? Non potest istud toto saculo fieri. Aut ego febrim relinquam, aut ipsa me. Semper unà esse non possumus. Hactenus fruebar sanitate; nunc cum morbo mihi res erit. Morbus non nescio, primus mortis nuntius est. Gregorio id credo, qui pie ac verè: Dominus pulsatur, inquit, cum per ægritudinis molestias mortem vicinam esse designat. Cui confestim aperimus, si hinc cum amore suscipimus.

Primum hunc mortis nuntium æquo animo admittere, etiam apologi me docent. Senem ajunt graviter decubuisse. Cūque jam mors raptura hominem adesset, rogavit eger, fœderalem manum tantisper à se abstineret, dum testamentum conderet, ceteraque pararet que tanto itinere forent necessaria. Cui mors: Eho filicentium, inquit, parare te non poterat tor annis, toties à me admonitus? Ad quæ senex: Obsecro, ait, fidem tuam, non commemini me unquam à te monitum. Cui mors iterum: Ut audio, etiam senes mentuntur: Centies, sexcenties, milles te monui, cū non solum æquales tuos, quorum vix ullus superest, sed & junenes, pueros, infantes te spectante, te ingemiscere raperem. Sed & ego tuam fidem appello, obliuiose senex, non te monui, cū oculi tui hebescerent, pili canescerent, nares stillarent, aures surdescerent, ceterique sensus deficerent, omnèque corpus tabesceret? Hi nuntii mei sunt, hi fores tuas pulsant, sed tu negas te esse domi. Satebros, fat diu, monitus es: nil differo, Veni, & unā mecum choreas ingredi. Ad mortem rarò bene se parat, qui se parat tam serò.

Ad Morbi lethalem initium.

Cū vitam meam cogito; cū vitiū meorum multitudinem, raritatem virtutū considero; cheu, Deus, coarctor nimis, & angustia mihi sunt undique. Sed melius est, ut incidam in manus Domini (multæ enim misericordiæ ejus sunt) quā ut annos augeam, & simul vitia. Quis futurus essem, tu ô Deus, nosti. Fortassis gratia tuā exciderem, si non jam vitia. Mors ades, irue in me: vitam promptus, paratus amittam, modo servec. Dei mei gratiam, aut illa me servec potius, quod unum toto pectore à te, Christe Iesu, & per te flagito.

Ad Mortem.

Quid lenta me tæbe necas, mors sava? paratū Non opus est tanto vincere nolo; feri. Cur in me pharetram sic vis consumere? vita

Ferrepotest folium sola vel aura mea.

Quid enim est homo? Navis quassa & rimosa, quæ solā jactatione vehementiore solvitur. Non magnā tempestate opus est; ubicunque arietaveris, dissipatur. Humanum corpus ex infirmis fluidisque contextum, lineamentis exterioribus nitidum, fœgoris, ætus, laboris impatiens, ipso rursus situ & otio iturum in tabem, alimēta metuens sua, quorum modò inopiā, modò copiā rumpitur, soli semper sibi nutrimentum vitiosum & inutile, anxie tuendum & servandum, precarii spiritus, & est obnoxium. Et ab initio morbi, à seipso paullatim depascitur, & ad mortem defluit. Miramur hoc semel mori, in quo mille reperias mortis latibula? Nunquid enim ut concidat, res magni molimenti est? Odor illi saporque, & lasitudo, & vigilia, & humor, & cibus, & sine quibus vivere non potest, mortifera sunt.

Ad Chri-